

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Reinholdus Gehren a Lorenz Rostock


**Disputatio De Obligatione Haeredum Ex Dolo Defuncti, In contractibus vel
delictis admissis, descendente**

Rostochii: Pedanus, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730617823>

Druck Freier  Zugang





Druck:
Behren Reinhold v.
Prop: Rostochiu, Laurentiu
R.M. für 1611

Disputatio 375

26.77
DE OBLIGA-
TIONE HÆREDUM
EX DOLO DEFUNCTI, IN
contractibus vel delictis admis-
so, descendente.

Quam,

Divina favente gratia

Permissu & autoritate Amplissimi Ordinis Juridici
in inclyta Rosarum Academia

P R A E S I D E

Clariss: & Consultiss: Viro,

Dn. REINHOLDO à GEHREN
J. U. D.

Publicè defendet
LAURENTIUS ROSTOCHIUS
Fridland. Megapol.

Habebitur Disputatio in Auditorio magno.
3. August.

ROSTOCHII

Typis JOACHIMI PEDANI, Anno

M. DC. XI.

ILLUSTRISSIMORUM

Megapolews

P R I N C I P V M

CONSILIARIIS, JURIS DOCTORIBUS

Clarissimis Consultissimis

DN: JOACHIMO SCHONER-
MARCK,

DN: JOHANNI HAGEMEI-
STER.

Amicis, fautoribus, promotoribus meis
colendissimis.

Disputationem hanc

Honoris, gratitudinis, observantiae
πειρίησον

offerō dedico

Laurentius Rostochius Resp.

Disputatio

DE OBLIGATIONE HAEREDUM

ex dolo defuncti in contractibus vel de-
lictis admissis, descendente.



THESES.

Vm in jure civili plurime difficiles, nec satis explicatae, reperiantur quæstiones, non omnium postrema est, ut frequentissima, ita difficillima tractatio de obligatione hæredum ex dolo defuncti veniente.

II.

Qua in re ut eò accuratius versemur, sciendum est dolum dupliciter considerari, quatenus vel in contractu, vel q. contra-
etu, vel maleficio, vel q. maleficio committitur.

III.

De priori genere elegans à Jcto Vlp. traditur regula: Hæ-
redem ex contractu defuncti propter dolum in eo admissum tene-
ri in solidum l. 7. §. 1. ff. depos.

IV.

Quod etiam verum est, quamvis ex illo dolo ad hæredem
nihil pervenerit, l. 157. ff. de R. J.

V.

Hujus juris ratio illa est, quod hic dolus ex contractu descen-
dat, magis rei persecutionem quam delicti pœnam contineat.
d. l. 7. §. 1. ff. depos.

VI.

Neg. id solum in contractibus b. f. locum habet: sed etiam
in contractibus stricti juris, veluti stipulatione: diverso tamen
modo. l. ex parte 121. ff. de U. O.

VII.

In stipulatione enim requiritur expressa doli cautio, ut promissor & ejus haeres ob dolum teneatur, qua omessa nec ipse promissor ob dolum tenetur, nec haeres ejus, actione inquam ex stipulatu, licet in eos causa cognita actio de dolo a prætore decerni possit, l.i. §.4. vers, idem & Pompon. ff. de dolo. l.31. ff. de recept. qui arbitr. l.7. §.3. ff. de dolo.

IX.

In contractibus bonæ fidei actio de dolo & exceptio doli sua natura inest; licet nihil de dolo dictum sit, neq; ab ullo allegatum sit. l.3. ff. de resc. vendit. l.21. ff. solut. matrim. l.84. ff. de leg. l. l.7. de dolo mal.

X.

Quod de dolo in contractibus admissum dicitur, idem juris est in q. contractibus veluti tutela. l.12. l.49. de O. & A.

X.

Unde colligitur falsam esse illorum sententiam, qui existimant haredem tutoris ex levi culpa teneri, ex dolo autem & latente culpa dolo proxima non teneri, cum posterius rectius dicatur. l.1. l.fin. C. de hared. tut. l.17. C. de Negot. gest.

XI.

Sequitur de dolo in maleficis vel q. maleficijs commisso, de quibus certissima, ut loquitur Imp. regula juris est: Ex maleficijs penales actiones in haredem rei non competere s. non autem J. de perpet. & temp. act. l. III. ff. de R. J.

XII.

Vi enim delicta personæ delinquentium inherent: sic & pæna delictorum l.i. ff. de priv. delict. l.6. ff. de publ. judic.

XIII.

Maleficia hic intelligimus non tantum quatuor illa vulgaria privata, ut est fursum, rapina, damnum injuriâ, datu, & injuria: sed & alia præatoria, quæq; ipsius jurisdictione coercentur, & etiam

et jam q. maleficia, velutis, metus, calumnia, effusio, amotio rei
per uxorem, corruptio servi cum similibus.

XIV.

Sed ut regula locus sit, duo necessaria in primis requiruntur:
1. Ut ex maleficio actio proficiscatur. 2. Ut sit penalis: alterum
si desit, regula neutquam locus erit. d. I. non autem Inst.
de perpet. Temp. act. d. l. III. de R. J.

XV.

Quid autem, si lis cum defuncto, qui delictum commisit, con-
testata sit, tenebiturne haeres actione penal? quod affirmandum
censemus, illogi casu exceptionem primam à regula statuimus, d.
I. non autem. l. 164. ff. de R. J. l. fin. I. 13. ff. de public. &
vectig. l. un. C. ex delict. defunct.

XVI.

Litu namq. contestata vis in hoc maximè elucessit, quod
per eam perpetuentur actiones, inter litigantes partes contrahar-
tur & q. innouetur actio prior l. 3. I. II. ff. de pecul. l. 29. ff.
de Novat. l. fin. de fidejuss. & nomina & haered. tut. l. 139 ff. de R. I.

XVII.

Perpetuitas verò ista, qua litis contestatione inducitur spa-
cium 40. annorum non exedit l. ult. C. de præscript. 30. vel 40.
annor.

XVIII.

Sed circa litis contestationis effectum duplex occurrit que-
stio: 1. Vtrum sola conventione & in jus vocatione etiam ante li-
tem contestatam cum defuncto, actiones penales in haeredem
transmittantur? Nos litis contestationem omnino necessariam
arbitramur.

XIX.

Altera questio est: an lite semel cum defuncto contestata,
postea verò ea omissa idem maneat effectus, ut scilicet actio pena-
lis in haeredem dari possit. Verius est non dari.

XX.

Ceterum quod de perpetuandis per litis contestationem actio-
nibus

A 3.

nibus

nibus diximus, distinctè accipiendum est: Sunt enim quadam
actiones, quæ litiis contestatione non perpetuantur, propterea quod
ijs finiendis certum de jure tempus præscriptum sit.

XXI.

Hujus generis est actio de dolo, quæ intra biennium & insti-
tuenda & finienda est; non autem exceptio dolii, quæ perpetua est,
l. fin. C. de dolo malo.

XXII.

Sic & restitutio in integrum intra quadriennium & inter-
ponenda & finienda est. Sic exceptio sive præscriptio quinquennij
de statu defunctorum, non sit irrita ob litem contestatam ante
mortem. l. ult. C. de temp. in integr. restit. l. 1. §. 1. & 3. l. 2. §. 2.
ff. Ne de statu defunct.

XXIII.

Altera regula exceptio hac esse videtur. Actiones ex male-
ficio descendentes si fuerint mixta h. e. in quibus & pena & res
persecutio continetur, lite cum defuncto non contestata, dantur
in heredem in quantum ad eum pervenit: lite contestata in soli-
dum l. 4. l. 5. §. 3. l. fin. §. pen. ff. de publ. & vectig. d. l. un.
C. ex delict. def. l. 16. §. 2. ff. quod met. caus.

XXIV.

Dantur igitur haec actiones, quamvis ex maleficio sint, non
tanquam panales; sed tanquam rei persecutorie, omissa pena,
quæ quidem in jure constituta est, at propter omissam cum defun-
cto litem contestationem peti amplius nequit. d. l. fin. §. pen. de
publ. & vectig.

XXV.

Et licet heres dolo malo fecerit, quò minus ad se perveniret:
tamen tenetur ac si quid pervenisset: dolus enim in jure pro po-
fessore habetur. l. 27 ff. de dolo. l. 2. ff. de vi & vi Arm. l. 131. ff.
de R. J.

XXVI.

Planè in actione vi bonor. rapt. & interdicto unde vi, sin-
gulari quadam ratione heres liberatur, ut ne in id quidem quòd
ad eum.

ad eum pervenit conveniri poscit. l. 2. §. fin. ff. vi bon. rapt. l.
l. §. fin. ff. de vi & vi Arm.

XXVII.

Neg^e enim datur semper actio ex delicto descendens, si forte
alia sit commodior vel etiam honestior, qua actori consulatur,
quod de actione vi honor. rapt. in d. l. 2. Itius indicat: Ideo
prætorem non esse pollicitum in heredem tam famosam^m actionem
vi honor. rapt. cum putaverit sufficere condicione^m, qua non
solùm actori commodior, quod contra heredem, licet ad eum ni-
hil pervenerit, in solidum datur: sed etiam honestior, quia non
infumat. l. cessat 36. ff. de O & A.

XXIX.

In interdicto unde vi merito aliud receptum fuit, cum in
heredem detur actio in factum ex causa interdicti, ratione in-
demnitatis, ne quid lucri injusti penes eum resideat: interdictum
verò non nisi in ipsum, qui dejicit, datur argument. l. 20. ff. de
de Nov. oper. mineat.

XXX.

Sed de actionibus ex maleficio profiscientibus, qua non pa-
na, sed meram rei persecutionem continent, magna & perplexa
questio est, an in heredes dentur in solidum, num verò quate-
num locupletiores facti sunt? Primum verius videtur.

XXX.

De condicione furtiva consentiens est Dd. opinio, l. 7. §.
fin. l. 9. de condic. furt. §. fin. Inst. de Oblig. q. ex delict. na-
scuntur.

XXXI.

Nos idem de actione rerum amotarum, que ex furto con-
jugis descendit & alijs hujusmodi actionibus etiam ex maleficio
venientibus, dummodo sint merè rei persecutoria, affirmare non
dubitamus, l. 6. §. 4. l. 21. §. 5. de act. rer. amot.

Nam

XXXII.

Nam utrum aliqua actio sit penalia vel rei persecutoria id non estimamus ex jure rei, sed ex jure actoris.

XXXIII.

Quam rationem planius explicat Paulus ex Capituli sententia, cum ait: Illae autem rei persecutionem continent, quibus persequimur, quod ex patrimonio nobis abest. l. in honorarijs. 35. ff. de O. & A.

XXXIV.

Quod si aliquid ultra persequimur, id pena est, & eatenus quoq; actio penalis, non quatenus heres, qui convenitur, habet vel non habet ex dolo defuncti.

XXXV.

Tandem locus non est superiori regula, quoties actio penalis est ex contractu, non maleficio; tum namq; in heredem omnimodo dabitur & quidem in solidum. l. 115. ff. de U. O. l. 40. de reb. cred. l. 47. de Act. emt.

XXXVI.

Cum enim actio penalis propriè dicitur, significatur pena legitima, i.e. solo jure constituta: at in contractibus pena qua contrahendum voluntate adiicitur ipsam potius rem denotat, unde & rei persecutoria recte dici potest. l. 23. de O. & A.


XXXVII.

Atq; hec ita de privatis delictis. Nam in criminalibus actiones ad heredes non transeunt, paucis exceptis, ne contestata quidem cum defuncto. l. 22. C. de pan. l. 20. ff. de Accusat. l. 15. §. 3. ad SC. Turpil. l. 10. C. de jure Fisci.

XXXIX.

Quaritur postremo, an statutum vel consuetudo, quâ caverter, ut alter ob alterius delictum, pena bonorum vel alia simile afficiatur, quo promtius & cautiùs à delictis homines abstineant, valeat? A.





the scale towards document

uniri possit. l. 2. S. fin. ff. vi bors. rapt. l.
vi Arm.

XXVII.

semper actio ex delicto descendens , si fertè
el etiam honestior , qua actori consulatur,
onor. rapt. in d. l. 2. JCtus indicat: Ideo
ritum in hæredem tam famosam actionem
utaverit sufficere conditiones , qua non
r, quod contra hæredem, licet ad eum ni-
dum datur: sed etiam honestior , quia non
ff. de O & A.

XXIX.

de vi merito aliud receptum fuit , cum in
in factum ex causa interdicti , ratione in-
tri injusti penes eum resideat : interdictum
n, qui dejicit, datur argument. l.20. ff. de
t.

XXIX.

ex maleficio proficieniibus , qua non pa-
cectionem continent , magna & perplexa
edes dentur in solidum , num verò quate-
sunt ? Primo verius videtur.

XXX.

furtiva consentiens est Dd. opinio, l. 7. S.
rt. S. fin. Inst. de Oblig. q. ex delict. na-

XXXI.

ione rerum amotarum , qua ex furto con-
sibusmodi actionibus etiam ex maleficio
do sint mere rei persecutoriae, affirmare non
21. S. s. de act. rer. amot.

Nam

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.